



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 83. Georgius Foxus Quackerorum author.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

§. LXXXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1655.*Georgius Foxus sectæ Quackerorum
Author.*

Eo tempore, quo Angliæ Regnum non modo circa Politicum, sed & Ecclesiasticum Regimen sub Puritanorum & Oliverii Cronwelli dominatu turbulentissimis motibus jactabatur, novæ factiones & sectæ quamplurimæ velut ex Lernæa Hydra indies prodire; cum enim omnium ingenia & animi Regiæ ac profanæ potestatis jura restringendi, corrigendi, & labefactandi libertatem iniquissimo hoc tempore sibi arrogarent, eadem quoque licentia receptam etiam religionem sub reformationis velamine, & singularis vocationis obtentu evertere, novamque ex cerebro suo fabricare cæperant: Ex his illo ævo præcipuus erat Georpius Foxus familia tenuis, opificio Sator, Detrovii seu Bretonii Licestriensis Provinciæ oppido natus. Hic licet literarum omnino ignarus esset, sacras tamen Paginas adeo assidue pervolvebat, ut ejus familiares de illo dicere haud dubitarent, quod Biblia, si forent deperdita, in ore Foxi adhuc reperiri possent: cum ergo in S. literis plurimos offenderet textus, in quibus legitur, quod

Croes. Hist.
Quack. Laf-
sen. Pome-
ran. Hist.
sect. Quack.

R 5

fideles

Sæc. XVII. fideles acceperint unctiōem, & necesse
 A. C. 1655. habeant, ut aliquis eos doceret, cum omnes
 sint docibiles Dei, & Deus segregari

Apos. 21. ex utero Matris, & vocarit, ut recer-
Ija. 2. 54. rent Filium suum in se, ut evangelizaret
Jerem. 31. illum &c. His aliisque textibus jura

v. 35. privatam suam spiritum male intel-
Deuter. 30. ligatis errores suos firmari ratus, sectam
Joan. 6. 1. fabricandi consilium cepit: ut vero

cap. 2. vitatis in religione adeo exosæ calu-
Matth. 21. riam declinaret, ad Lutheri imitati-

v. 10. 22. nem suas doctrinas in sacris literis
I. ad Cor. 26. datas, & ab Apostolorum ævo

v. 10. 12. quam interruptas existisse falso jura-
ad Gal. 1. tabat: Præterea ad conciliandam

ad Rom. 2. singularis, Divinæque vocationis
v. 6. 30. auctoritatem mentiebatur, se a Deo,

ad Ephes. 5. in agro solitarius, ac non nisi novem

annos natus deambularet, ad-

mirum fuisse, ut, cum totum genus huma-

num in vanitatibus absumeretur, & ge-

neratim esset plectendum, ipse ex hac

colluvie segregatus vitam

sanctam ageret: querebatur etiam,

quod Sathan magnum præconceptæ Re-

formationis opus maximis terroribus,

angustiis, quibus novum hunc Eva-

ngelitam ad desperationem usque

conducere, præpedire conatus sit, ipse

vero apud Prædicantes opem solati-

que quæsierit, hi tamen utpote non

scientia tumidi, fidem in sola lingua
 habentes, & sola mercede conducti
 operarii eidem satisfacere haud potue-
 rint. Transegerat Foxus in hoc mi-
 sero statu integrum ferme triennium;
 postquam vero ex lectione ac Scriptu-
 rarum meditatione ac cœlesti lumine
 puritatem Evangelicæ doctrinæ se uber-
 tim didicisse, seque a Deo ad prædica-
 tionis officium, necnon ad reforman-
 dos hominum mores vocatum credide-
 rat, tandem anno hujus sæculi quadra-
 gesimo septimo ad publicum Evange-
 lici Doctoris ac Reformatoris munus
 processit, confluenta ad ipsum tanquam
 Virum a Deo selectum ingenti homi-
 num multitudine: Deprædicabant il-
 lum ejus Sectatores velut magnum
 Apostolum, & gloriosum Dei instru-
 mentum, Angli etiam novitatum cu-
 pidi, illum inter convulsiones & tre-
 mores concionantem in locis publicis
 & privatis, in viis & compitis, in ur-
 bibus, foro, & in Templis avidissime
 excipiebant, quapropter Foxus affluen-
 tis populi applausu elatus, ac inde in
 suis deliriis obstinatio majori adhuc
 audacia ad confirmandam missionem
 suam prædicationi insistebat, cumque
 sua commenta juxta verborum corti-
 cem claris sacræ Scripturæ textibus
 firmare intentus esset, quamplurimi Lu-
 therum

Sæc. XVII.
 A.C 1655.

Sæc. XVII. therum execrari, eumque insimulare
 A. C. 1655. perant, eoquod hic purioris fidei lumen
 accendisse mentitus, nequiter Eccle-
 siam densis tenebris involvisset. Patro-
 cinabatur primo hisce Sectariis Cro-
 wellus, quoniam e re sua fore exi-
 mabat ejusmodi homines in Regno
 vere, quorum animos, quocunque ve-
 let inclinare posset. Numerabat Fox
 inter primos, præcipuosque asseclas
 & in promovenda secta Operarios
 cobum Nailor Andersloviæ in Ebor-
 acensi Provincia natum, qui sub Fax-
 faxio militem egit, atque a signis re-
 cedens, huic Phantatico socium se
 præbuit, & licet instigantibus Purita-
 nis Exoniæ & alibi a Magistratibus vi-
 gis cæsus, severe fuisset castigatus
 obduratus tamen semper perstitit, æ-
 que ac ejus Magister, qui quamvis tri-
 vies sustinisset captivitatem, atque
 Prædicantibus, quorum Tempora
 daæter ingressus, sæpe eos deturbaba-
 dire vexatus, eique lingua candente fe-
 ro perforata fuisset, imperterrita tamen
 fronte non modo per Angliam, sed
 Scotiam, Hiberniam & Americam suos
 errores venditabat, donec tandem an-
 no hujus sæculi nonagesimo primo Phan-
 taticæ suæ sectæ immortalis periret.
 Reliquit præcipuos Asseclas Guilielmum
 Dewsburæum Lanarium, Richardum
 Hob-

Huberthornum militem, Georgium Wi-
 thadum Prædicantem, Franciscum Sæc. XVII.
 A. C. 1655.
 Howigl Sartorem, Bourrughium rusti-
 cum, Guilielmum Petri, plurimosque
 alios ejusdem furfuris homines: ex
 his Whiteokus hoc anno Londini Cu-
 riam accedens, evaginato gladio ob-
 vios quoque vulnerabat, captus vero
 se id ex Spiritus Sancti mandato egisse
 respondit, alius vero adversus Prote-
 ctorem, ejusque Parlamentum palam
 declamans, omnia edicta esse nulla
 pronuntiabat, paulopost alius seipsum
 inedia consumpsit, eoquod in hoc fa-
 tali Anglici Regiminis statu necessa-
 rium esse diceret, ut tota Natio per
 quadraginta dies ab omni alimento ab-
 stineret.

§. LXXXIV.

Hujus Phantatici dogmata.

Quamvis Foxus totam pene religio-
 nem suam in tristi, & Enthusia-
 stico silentio & interna sui ipsius recol-
 lectione ad percipiendas Spiritus sancti
 motiones reponeret, præcipue tamen
 docuit quod. I. Scriptum Dei Verbum esset
 mortuum testimonium de Christo & illo
 lumine interno, quod in Homine est.
 II. Quilibet Homo in se habeat conscien-
 tiæ lumen seu inspirationem superna-
 turali-

*Laffen. l. c.**p. 45. c. 6.**Sianda Lex.
 Polon.*